eius obpressis a ruinis. nunc surgat & adiuuet
eos; & mox demonium quod in idolo apollinis
habitabat. uolitans se in puluerem idoli in pre
sentia plurimorum uirorum & mulierum. &
consternatus in ea [is] quae fiebat. clamauit uoce
magna dicens; O uirgo martina magni dī qui
in caelis est. ancilla quae praecepta eius custodis.
& me denudasti ab habitaculo meo. & deformē
me ostendisti; habitaui enim in eo annis nona
ginta octo; sub cesare augusto. annis triginta
septem. & sub antonino. annis quadraginta
quinq. & sub alexandro qui tradidit me tibi.
& perditionem immolationum idolorum faci
ens mihi. annis quindecim; multi uero scō
rum passionem ac martyrium perficientes.
minime me manifestauerunt usq. nunc.
Cum essem in potestate multa. & habens sub me
spiritus nequissimos quadringentos septua
ginta duos; praecipiebam enim eis. & offerebat
unus quisq. eorum animas hominum cottidie
septuaginta. & horum princeps nomine efigdón.
oehanica qui super me chitata [nictomantiā] atq. maleficia deputatur.
offerebat mihi animas hominum triginta sex.
hos habebam sub mea potestate; tu autē me
effugasti. manifestans me. & persequens igni
tartarico [eo] tradens; non inuenio locum quo pro
ficiscar; commenda me [sti] magno angelo uriheli.
qui omnem exercitum meum conbusit [obstruxit]; O alexan
der [in] atanta turba xpīanorum inuenisti ani
mam scām per quam effuger. & imperium tuum
turpitudine multa finiatur; & haec cum mag
na uoce & lamento dicebat dēmon. & per aera
clamans & stridens dicebat [de]; Unde uero [ubi] pro
ficiscebatur & tenebrę uidebantur. [ideo] ut omnes
prospicientes multo amplius consternati dubi[tre]
tatione repleti sunt; mirantes autem erant
& gratiam dī qui in caelis est; Imperator uero
non intellegens. quia per diuinam gratiam ac
iussionem idolum apollinis comminutum est sed.

& quia abominabilium pessimorumq. spiritu
um conglobatio a dī uirtute euanuit. & sacri
ficiorum eius nequissimus ritus idolatrię [ae] xpā
uirginis oratione dispersus est. & sicut pro [qa] [pettitione]
missione scē martinę idolorum destructio pro
uenit. [qua] & idolum apollinis confregit. & ma
leficia & ariolos. & aruspices idolorum sacer
dotes dissipauit. ac mortificauit. Iussit ala
pis faciem eius cędi. & uncinis palpebras eius
disrumpere [i]; Et dum diu hoc fieret qui in hoc
deputati erant. carnifices defecerunt. & cla
mabant dicentes; Ue nobis peccatoribus;
uere nos magis cruciamur quam haec; ma
nus enim nostrae deciderunt [et]. Intolerabiles
enim dolores cohartant nos; Ipsa uero sicut
a uinculis solida [soluta] permanet. ipsa nos cedit; De
precamur uero te Imperator. iube eam a nobis
tolli; Uidemus enim quattuor uiros splendidos
ante eam. & quas ei nitimur ingerere poenas
magis nos ab illis in facies nostras suscipimus;
Pro certo uero uerus dr̄ quicum ipsa est. & non
sinens poenā aliquā praeualere in eam a nobis.
Imperator uero iratus ualde contra eos. & com
minans. prospiciens eos furiose. quasi neglegen
ter poenas ingererent. precepit testas eos le
uare. & in faciem cędere beatam martinam;
scā uero martina respiciens in caelum dixit;
Benedictus es dn̄e ihū xpe qui aeternam gratiā
das in eos [eis] qui in te spem habent; Benedictū nom
terribile gloriae tuae. & honorificum & potens.
& omni scītate plenus dn̄e. & benedicta scā & con
substantialis cum patre & cum scō spū trinitas tua
quae perfecte dissoluit & dissipat contrarios;
Exaudi dn̄e & me deprecantem ad te ultimam
ancillam tuam. & concede mihi carnis sufferen
tiam. & eos qui me cruciant conuerte in bonam
conuersationem. & ad gratiam diuinitatis tuae; Et
cum hanc orationem dedisset. circumdedit lumen illa
qui eam cruciabant; erant [enim] fere uiri octo;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0132